



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus Episcoporum Hildesiensium

Letzner, Johannes

Hildesheim, [ca. 1690]

XLVII. Balhasar

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64252](#)

& in Marchia Brandenburgica apud Joachimum Ele-
ctorem delituit, donec Anno 1547. 30. Novembris Lu-
becæ piè mortuus & Ratzeburgi sepultus, postquam
majore laude, quam felicitate 44. Annis Episcopa-
tum rexisset.

15
XLVII. BALTHASAR Prope Fribur-
 gum in oppido Waldkirchen humili loco natus, do-
 ctrinæ beneficio primum ad lauream Doctoralem,
 deinde ad Vice-Cancellarii totius Imperii dignita-
 tem, ac dñiq; ad honoris Episcopalis apicem con-
 scendit: cùm enim Cathedrale Capitulum, ejus tum
 doctrinæ præstantiâ, tum quâ valebat apud Cæsarem
 gratiâ, omnia restitutum iri speraret, eâq; spe Joan-
 nem ad Episcopatum resignandum induxit, Bal-
 thasarem consensu unanimi elegit. Qui Anno 1528.
 mitram sibi oblatañ acceptavit, & ex portu Bilbaø
 solvens, Flissingam pervenit, inde variis in via Prin-
 cipibus, ac Ducibus etiam Brunswicensibus salutatis;
 tandem Hildesium appulit. Tertio ab adventu suo
 die, postquam de pace & fide Catholicâ à Majoribus
 acceptâ retinendâ, ad Proceres & Senatores præclarè
 perorasset, mox equum concendit & tribus solum
 comitibus stipatus, Spiram ad Imperii comitia disces-
 fit. Hildesiensibus, ut Aquilam insigni addere liceret,
 à Cæsare obtinuit. Ipsum verò moras longiores tra-
 hentem, Legati Hildesienses insecuri, Spiram venère,
 ut redditum Præfuli suo periuderent; Populiq; suspi-
 ciones, de quatriduanâ, aī :e adventum suum, apud
 Duces vicinos morâ, & suito discessu Hildesio, ape-
 ruere. At Balthasar caufas, quibus à redditu præpedi-
 tetur obtendit; ac postmodum Anno 1531. Treviros

pro-

• 32 •

profectus est: inde autem discessurus, cum ipsa Pentecostes solenni die equum concenderet, apoplexiā tactus, editis pœnitentis animi signis, morte repentina decessit: ibidem in Ecclesia tergeminâ S. Simeonis terræ mandatus.

XLVIII. OTTO Comes Schowenburgicus, antè Ecclesiæ Hildesiensis Præpositus nominatus, cum esset Wilhelmi Nassoviæ Comitis ex Sorore nepos, Wilhelmus summâ, quâ apud Cæsarem pollebat, gratiâ, omniq; studio allaboravit, ut Hildesiensis Insula nepoti cederet. Quare à Cathedrali Capitulo, in afflictissimo Diœceseos statu, omnia rursum meliora sperante, conjunctis suffragiis electus est. Verum recens Electus juvenili adhuc agitatus calore, vitæq; licentioris amore captus, confirmationem Pontificis, cum toto sexennio petere negligeret, Sanctitas sua pro nova electione semestre præscripsit, quo si electio non procederet, vi ad se devoluti juris Antistitem se substituturum comm inatus est. Proinde Otto aut ordines suscipiendos, aut Episcopatum sibi deserendum advertens, liberam Capitulo electionem permisit, & coniubii impulsus amore, Præposituram Fratri suo Adolpho, postmodum Colonensi Archi-Episcopo, transcripsit.

XLIX. VALENTINUS A TETELEBEN
Prænibili stemmate in Misnia oriundus Moguntinæ, Magdeburgensis, & Hildesiensis Ecclesiæ Canonicus, Francofurtensis Præpositus, & Archi-Episcopi Moguntini in Spiritualibus Vicarius, Doctorali laureâ, prudentiâ, circumspectione, castissimæ, integerimæq; vitae laude conspicuus, atq; ob rara naturæ,

gra-